



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 4. Bonorum Ecclesiasticorum restitutio Catholicis facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

liberius sectari, seu verius omnes Di-
 vinas & humanas subjectionis debitæ
 leges sub obtentu Religionis, & liber-
 tatis conscientix conculcare possent.

§. IV.

*Bonorum Ecclesiasticorum restitutio
 Catholicis facta.*

Aequitas postulabat, ut sedato tu-
 multu bona, quæ Ecclesiasticis
 per iniquam vim a Protestantibus fue-
 re erepta, per debitam restitutionem
 eis vindicarentur: In id præcipue in-
 tentus erat Urbanus VIII. Pontifex Ma-
 ximus, qui datis literis Cæsarem hor-
 tabatur, ut Sedis Apostolicæ jura in
 Præposituram Ecclesiæ Halberstadien-
 sis, quam violatis Germaniæ concor-
 datis Rex Daniæ Filio suo coemptis
 suffragiis contra Ecclesiæ jura addixe-
 rat, admota etiam, si necesse foret,
 armorum potentia tueri vellet: Cæsar
 itaque non modo Regem, ut a suo
 proposito desisteret, monuit, sed etiam
 Halberstadiensi Capitulo nefarii illius
 decreti, vi cujus Præpositus & Cano-
 nici Catholici fuere rejecti, revocatio-
 nem præcepit, ipsosque S. Francisci
 Religiosos monasterio suo restitui vo-
 luit. Insuper Pseudo-Archiepiscopum
 Magdeburgensem ad restituendam Al-
 tenbal-

Sæc. XVII.
 A. C. 1624.

*Carafa com.
 de Germ.
 rest. Struv.
 Corp. per.
 10. Sect. 9.*

Sæc. XVII. tenbaldensem Præposituram, intrusum-
 A. C. 1624. que ejciendum compulit, pariterque
Abbatissam ibidem in Catholica Reli-
 gione unacum toto Virginum Ascete-
 rio servandam, nihilque innovandum
 præcepit. Eodem Religionis studio
 Cæsar in oppido Eybach, quod Elva-
 censi Præposito paret, Prædicantem
 ejci, ac subrogato Catholico Sacer-
 dote veram fidem restitui jussit: Insu-
 per in favorem Episcopi Augustani, Ab-
 batis Campidunensis, & Decani Grö-
 nenbacensis Wolfgangus Papenheimius
 omnia Collegiatæ Ecclesiæ Gronenba-
 censis bona unacum Religione Catho-
 lica, uti olim paulopost Religionis pa-
 cem floruerat, reddere jussus erat. Oc-
 cupabat etiam Onolsbacensis Marchio
 Ecclesiam Galleronevetzianam cum
 omnibus decimis, redditibus, aliisque
 bonis, quæ tamen Eistadiensi Episco-
 po restituere præcipiebatur: Decerne-
 bat etiam Cæsar, ut Comites de Ha-
 nau, de Oettingen, & de Stolberg ex-
 pulsus Prædicantibus Religionem Ca-
 tholicam, necnon erepta bona præci-
 pue monasterium Wassersloftense resti-
 tuerent. Verum hæc Cæsaris man-
 data aut serius fuere effectui data, aut
 omnino neglecta. Præterea Schwicar-
 dus Moguntinus Elector Stradam mon-
 tanam, & Episcopus Spirensis alia quæ-
 dam

dam oppida recuperarunt, moxque Catholicæ Religionis exercitium ibidem restaurarunt. Herbipolensis quoque Episcopus quædam monasteria a Comite de Hanau erepta sibi restitui, ex Cæsaris sententia petiit. Sub idem tempus Wolfgangus Neoburgi Dux Düsselдорpii Calvinianum Templum claudi iussit, sectæque profitendæ libertatem revocavit.

§. V.

*Pax Cæsarem inter & Gabrielem
Bethlenium firmata.*

Turcis per Esterhasium ex Hungaria pulsus Stanislaus Turzo Palatinus, alique Hungariæ Proceres toti in eo erant, ut præsentaneum Regni excidium optata pace præverterent. Hanc in rem die septima Februarii unacum Montanarum urbium Deputatis Vienne profecti sunt, quo etiam Kamuthius Bethlenii Orator advenerat: Enimvero Nicolaus Esterhasius victoria nuper reportata animatus, Cæsari author erat, ut bellum totis viribus prosequeretur: Proceres econtra Ferdinandum ad pacem inclinare adlaborabant, quorum votis Cæsar annuere cunctabatur, caussatus, Electorum ac Imperii Principum sententiam desuper esse

Sæc. XVII.
A. C. 1624.

Barre Hist.
d'Allem.
t. 9. p. 551.
Orthel.
Chron.
Hung. p. 104.
Bell. laur.
Aust. l. 7.
p. 772.